

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Certamen Oratorivm De Militari Gloria Inter septem  
Milites Hispanvm, Germanvm, Francvm, Italvm, Polonvm,  
Belgam, Hungarvm**

**Vernulaeus, Nicolaus**

**Coloniae, 1623**

IV. Quantum positum sit in Astutia & fortitudine Ducis

[urn:nbn:de:bsz:31-107383](#)

rum & Militum ; Milites pascua esse Da-  
monum.

III.

Quis finis sit Belli Ducis  
Christiani.

CVm apud Carolum Quintum Imp. An-  
tonius Leua alijqz duces Iulium Ca-  
sarem & Alexandrum extollerent , quere-  
renturque Imperatorem sui victorij ad sue  
potentia & magnitudinis amplificationem  
quantum posset & deberet non ut i. respondit,  
Imperator, Alexandro & Iulio Cæsari in bel-  
lis gerendis vnum fuisse finem Honorem &  
Gloriam ; Christianis autem ducibus duos  
esse propositos, Honorem, & Animæ salu-  
tem.

IV.

Quantum positum sit in Astutia  
& fortitudine Ducis.

CVm aduersus Albertum Marchionem  
Brandenburgensem Germaniae superio-  
ris Ciuitates, vt Norimbergensisibus au-  
xilio essent , numerosissimum exercitum in-  
struerent, interrogauit quipiam , Ut quid  
tantum populum aduersus vnum Principem  
nec ita diuitem armarent? Cui è primoribus  
Ciui-

*Pascua* 111  
i Ducis  
intum Imp.  
ses, Iulium  
lerent, qu  
e victorys ad  
mplificatum  
n vti, respons  
io Cesari in h  
a Honorem  
Ducibus de  
Anima sali  
an Astutia  
acis,  
m Marchion  
ermania super  
nvergesibus  
n exercitum in  
biam, Ut qu  
num Princip  
ui è primordi  
C  
Ciuitatum vnu. Desipit, inquit, Homo; vanus  
in Alberti astutia, & fortitudine omnium  
Germania Principum vires, opes q<sub>3</sub>, continen-  
tur. Nec vana vox fuit: suas enim in Partes  
Septemdecim Principes traxit, & Ciuitates  
ad Pacem petendam coegit.

## V.

An Cœci Militare etiam  
possint.

**I**ohannes Bohemia Rex, Henrici VII. Imp<sup>o</sup> /-  
Filius, & Caroli IV. Pater ita Belli stu-  
dium amabat, vt cœcus etiam in militia  
pro officiis creteretur. Prælio interfuit inter Eduar-  
dum Anglia, & Philippum Gallia Reges, ma-  
num conseruit armatus, & fortissime pu-  
gnans tandem occubuit. Ziska item Bohe-  
mus & cœcus bellum feliciter gesit, Bohe-  
mosq<sub>3</sub> Catholicos, & Teutones magnis cladi-  
bus affecit. Is moriturus cum rogaretur, de  
corpo suo quid fieri mandaret, Pellel, in-  
quit, mortuo detrahite, relictq<sub>3</sub> feris cada-  
uere, ex ea tympanum, quo in prælijs ut ami-  
ni, conficie. Nam vt hostes viuentis aspectum  
non ferebant, ita mortui sonitus non fe-  
rent.

D. 33

Qui-